Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sic currite ut comprehendatis Ad
R. formauit igitur dominus hominem
de limo terre et inspirauit in faciem
eius spiraculum vite Et factus est ho
mo in animam viuentem O. Qui principio
fecit deus celum et terram et plasmauit
in eo hominem ppnq. Dies abso
luta O. Respiciens dominus. Am. Plan
tauerat autem dominus deus paradisum
voluptatis a principio in quo po
suit hominem quem formauerat ps
Deus qui diuitis misericordie
tui qs. due clemen
cie auxilio ut qui iuste pp peccatis
nostris afflicimur pro tui no
minis gloria misericorditer liberemur
Per Ad complendum nos
oratio alia sed laus tibi domine
ex eius gloria quotidie
Adiuuet nos dominus qui fecit nos p
Venite a. Ite et nos in vineam
meam et quod iustum fuit dabo vo
bis ps Beatus vir lectio prima
In principio creauit deus
celum et terram. Terra autem erat
inanis et uacua et tenebre
erant super faciem abyssi. et
spiritus domini ferebatur super aquas
Dixitque deus Fiat lux. et facta
est lux Et vidit deus lucem quod
esset bona. et diuisit lucem
a tenebris. appellauitque lucem
diem. et tenebras noctem.
factumque est uespere et mane
dies unus Tr. In principio fe
cit deus celum et terram et creauit de
hominem Ad ymaginem et similitudinem
suam O. Formauit igitur dominus homi
de limo terre et inspirauit in faciem
eius spiraculum vite Lectio
Dixit quoque deus. Fiat
firmamentum in medio
aquarum et diuidat aquas ab
aquis. Et fecit deus firmamen
tum. diuisitque aquas quas erant
sub firmamento. ab his que
erant super firmamentum. Et factum
est ita Vocauitque deus firma
mentum celum. et factum est uespere et
mane dies secundus Tr. R.
In principio deus creauit celum
et terram et spiritus domini ferebatur super
aquas Et uidit deus cuncta que
fecerat et erant valde bona O. Igitur
perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus
Dixit uero deus lectio eorum
congregetur aque que
sub celo sunt in locum unum
et appareat arida Factumque est
ita Et uocauit deus aridam
terram congregationesque aquarum
appellauit maria Et vidit